



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Ivramenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

An requiratur vna, vel plures citationes ad hoc vt possit puniri infordeſcentia.

Regulariter contumax & absens condemnari non potest, nisi fuerit personaliter citatus: si enim absque personali citatione quis excommunicari non potest, multo minus absque eadem citatione potest, vt hereticus condemnari, & hæc conclusio indubitanter procedit, quando absens inueniri potest, quod si latitet, & non inueniatur, tunc cum posse per edicta, vocari ex plurimorum sententia testatur Simanch. cum allegatis per eum in Enchiridion violat. Religion. tit. 45. rubr. de absentibus num. 7. & 8. vbi quod ista edicta Præconis vocis diuulganda sunt nomen absentis inclamandum in ea ciuitate, in qua reus Domicilium habet, atque etiam affigenda ad Ianuas Ecclesiæ Maioris, & Catholicar. instit. tit. 14. rubr. de contumacibus numer. 5. & 6. quam tamen sententiam ipse seueram, ne dicat iniquam, aut crudelem existimat, & propterea ipse tutius, & æquius esse credit, hunc de hæresi suspectum, & latitantem etiam personaliter citandum esse, nisi forte de absentis hæresi plenè in processu constaret; tunc enim ipsum per edicta citari, & condemnari posse, admittit, & ita etiam censuit, & admittit in eodem Enchiridion tit. 46. rubr. de contumacibus numer. 3. & 4. & Simanch. sic dicentem refert Scaccia in tract. de iudicio causar. ciuil. criminal. & heretical. cap. 98. numer. 35. vbi tamen concludit, quod si reus fugit, seu latitat, tunc potest etiam per edictum citari. Lopez in addit. ad Diaz in pract. crim. Canonic. cap. 116. numer. 12. versic. 5. quod si causa excommunicationis in fine.

Vnde orta fuit dubitatio vtrum sufficiat vnica an
2 bina citatio ad excommunicationem in crimine infordeſcentia; & Respondi quod, quando contra contumacem absentem proceditur, non vnica, sed plures requiruntur citationes, quod an verum sit, & quando dic quod licet vnica tantum citatio sufficere videatur
3 cum in crimine hæresis procedatur summarie quo casu vnica citatio habet vim peremptorij, & licet etiam Alphons. de Castro in tract. de iuda heret. punit. lib. 2. cap. 1. dixerit duas requiri debere, & sufficere monitiones, verius tamen est, quod in hoc crimine sicut in alijs criminibus tres citationes, seu monitiones præcedere debent ad text. in l. consentaneum C. quomodo, & quando iudex, & in l. contumacia §. 1. ff. de re iudicat. cum alijs per Rojas singul. 29. vbi amplius, quod ita de consuetudine seruatur, & ampliatur etiam, quod quis fuerit semel personaliter citatus, & apliationem hanc dicit cõmunem ex allegatis ibi per eum reprobat Innocentio contrarium tenente in c. ad petitionem n. 3. de accusationibus, nec dissensit Simanch. Catholicar. institution. tit. 14. rubr. de contumacibus sub num. 6. & in Enchiridion violat. Religion. tit. 45. rubr. de absentibus, nu. 3. & 4. Vbi quod asserit citandos esse tribus edictis. Quod & idem voluit. Param. de origine §. Inquisitionis, lib. 3. quæst. 4. rubr. de forma, & ordine iudicario §. Officij num. 65.

4 Verum quod vnica tantum sufficiat citatio, seu monitio contra contumacem voluit Innoc. supra allegatus in c. ad petitionem, num. 3. de accusationibus Locat. in iudicial. Inquisit. in verbo citatio post n. 14. versiculo si autem ultra contumaciam, vbi tamen loquitur, quando proceditur contra contumacem conuictum de hæresi. Decian. in tract. crim. lib. 5. c. 32. nu. 4. Vbi dixit regulariter pro tribus edictis, aut denunciationibus, vel vno peremptorio pro omnibus citandus est reus Scaccia in tract. de iudic. caus. ciuil. criminal. & heretical. c. 43. n. 10. Vbi idem dixit, quod, & in isto casu in vnica citatione facta per edictum, peremptorium, debet præfigi dilatio triginta dierum

Aloyf. Ricc. Praxis. Pars III.

ad hoc vt citatus in d. termino possit ostendere suam innocentiam, quorum decem pro primo, decem pro secundo, & decem pro tertio, & vltimo peremptorio termino, & canonica monitione assignantur.

5 Sed quod duæ ad minus requirantur citationes videas per eundem Locat. in iudicial. Inquisitor. in verbo sententia, num. 25. Carer. in tract. de heret. nu. 128. Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 38. num. 9. vbi declarat, & num. 27. Quando enim proceditur contra absentem præsumptum hereticum, & non comparentem fisci procurator debet illius contumaciam accusare, & hanc accusandi contumaciam formam ponit Locat. post iudicial. Inquisitor. fol. mihi 479. & sequi. Simanch. in Enchiridion Violat. Relig. tit. 45. rubr. de absentibus, num. 4.

PRAXIS IURAMENTI.

RESOLVT. CCXXVI.

- 1 Iuramentum ex parte iurantis est personale, & personam non egreditur, nec transit ad hæreses iurantis.
- 2 Hæres defuncti non indiget absolutione ad effectum agendi.
- 3 Iuramentum transit ad hæreses quoad contractus obseruantiam.
- 4 Iuramentum quantum ad spiritualitatem, non transit ad successores iurantis.

Hæres non obseruans iuramentum defuncti an incidat in periurium.

Questum an hæres incidat in periurium, si iuramentum a defuncto præstitum non seruet, sed contra recipientem actione iniuriarum, vel damni dati agere velit. Conclusum quod non, quia iuramentum ex parte iurantis est personale, & personam non egreditur, nec transit ad hæreses iurantis, licet ex parte recipientis sit reale, & ad eius hæreses transeat tex. in c. veritate ext. de iur. iuran. Canonist. communiter ibidem, & in d. cap. fin. de foro compet. lib. 6. Guid. decif. 375. in fin. per allegata ibi, vnde hæres defuncti non opus habet absolutione ad effectum agendi, quia ipse non iurauit, sed potest recta via agere, contra eum, qui indebitè iuramentum a defuncto exegit, ita in terminis tenet Angel. in l. generaliter, n. 4. C. de rebus cred. per illum text. Guid. decif. 140. num. 5. Philipp. Port. lib. 1. commun. opin. conclus. 3. num. 1. Alex. conf. 129. num. 21. cum seq. vol. 6. incip. videretur prima consideratione, idem conf. 151. n. 10. vol. 7. incip. viso Themate. Socin. sen. conf. 115. n. 11. vol. 1. incip. circa primam Hippol. in repet. l. de vno quoque, num. 200. ff. de re iudic. vbi dicit, quod iuramentum tanquam vinculum spirituale morte iurantis finiatur, & Felynus singulariter tradit in cap. cum sit de foro competent. num. 9. quod propter iuramentum defuncti hæres non sortiatur forum Ecclesiasticum etiam si iurasset pro se, & suis hæredibus, quia iuramentum tanquam personale morte iurantis finitur quoad vinculum periurij, secus quoad efficaciam obligationis perallegata ibidem, idem tenet Panormitan. in dict. cap. Veritatis, num. 3. & Guid. d. decif. 375. quando iuramentum ad hæreses transeat vide, omnino Castrenf. conf. 195. num. 7. vol. 2. incip. visis his Bald. in lege emptione, C. plus valere quod agitur, & cap. circa medium.

Regulariter tamen reatus periurij non transit ad hæreses, quia iuramentum est obligatio anime, anima autem alterius non potest obligari, nisi propria voluntate, cum ius spirituale non transeat de anima in animam Panorm. in dict. cap. veritatis, & ibidem DD. &

K 2 in

in authent. sacramenta puberum, C. si aduersus vendit. sed bene alij eff. etus iuramenti puta robur contractus, vel litis decisio ad heredes transeunt, vt not. DD. in cap. 2. de pact. lib. 6. & in cap. cum contingat de iure iuran. Bald. in dict. lege generaliter num. 2. idem in l. non dubium num. 26. C. de legibus. Quid vbi sup. nam efficacia inducta a iuramento transit in quemcumque, & quoad hoc iuramentum non est personale per text. in l. cum quis decedens, §. codicillis ff. de legat. 3. Bartolus ibidem num. 10. Alexand. consil. 26. num. 4. volum. 7. incipit cumulatissime, & consil. 146. num. 5. eodem volum. incip. viso themate. Curt. iun. consil. 192. num. 12. volum. 3. incip. diligenter per text. in l. ex contractibus ff. de obligat. & action. Porcius dict. conclus. 3. num. 1. Castrenf. in leg. si grege num. 5. ff. de legat. 1. Bald. in dict. authent. sacramenta puberum numero 17. vbi dicit quod quantum ad robur contractus, iuramentum sequitur naturam contractus transmissibilis, Castr. ibidem num. 9. dicit quod vires contractus iuramenti transeant ad heredes, quoad obseruantiam contractus, & quod haeres virtute iuramenti compelli possit, vt contractum seruet, si tamen nolit seruare non incidit in perjurium, quia vires iuramenti quoad inducendum peccatum non transeunt ad heredes per rationem praedictam, licet transeant quoad vires contractus, Ad idem Paris. consil. 54. num. 13. incip. in praesenti causa vol. 1. idem consil. 16. num. 128. vol. 2. incip. Circa praesentem Guid. sing. 343. idem sing. 376. vbi dicit quod iuramentum quantum ad spiritualitatem, quae sibi inest non transit ad successorem iurantis, secus quantum ad robur contractus, quia vires, & robur assumptis de praeterito non a principio, & ex persona heredis robur non metimur per text. not. in dict. l. cum quis decedens, §. codicillis, & in l. nam, & postea §. fin. ff. de iure iuran. Alex. consil. 7. num. 8. vol. 6. incip. viso Instrumento vide omnino Paris. d. consil. 54. num. 93. cum sequenti quod haeres non teneatur petere absolutionem a iuramento per defunctum praestito, & nihilominus posset allegare exceptiones omnes, quas ipse defunctus petita absolutione opponere potuisset, & agere posset ad rescissionem contractus nulla petita absolutione a iuramento. Alexand. d. consil. 129. Ruin. consil. 107. num. 18. volum. 1. Doct. in d. cap. veritatis de iure iuran. Paris. vbi sup. plures ad hoc allegans. Illud quoque obseruandum, quod iuramentum ad heredem transeat quantum ad probationem text. in d. l. cum quis decedens §. codicillis, Bart. ibidem num. 10. text. in authent. de iure iur. a Mortient. praestit. §. fin. Guid. d. sing. 376.

RESOLVT. CCXXVII.

- 1 Pars in cuius fauorem iuratum est, potest remittere iuramentum.
- 2 Contradicens relaxationi iuramenti, si succumbit, condemnatur in expensis.
- 3 Quando producit instrumentum nouum ex quo constat de iure producentis, si aduersarius condemnatur in expensis.
- 4 Lata sententia super relaxatione opus est noua citatione in causa principali.

Relaxatione a iuramento obtenta an victus in expensis condemnandus.

Quaritur an citatus ad videndum fieri relaxationem a iuramento ad effectum agendi, si per sententiam fiat relaxatio, vel absolutio, in expensis condemnari debeat: & pro resolutione distinguendum: aut enim citatus in termino comparet, & consentit relaxationi, & tunc ei parcendum est, quia tali

casu nec absolutione quidem opus est, text. in cap. 2. de renunc. & in cap. 2. de Sponsalibus. Panorm. in cap. 1. num. 4. de iure iur. Felin. ibidem num. 2. potest enim pars in cuius fauorem iuratum est, iuramentum remittere, licet illud principaliter Deo, & non parti obliget, text. in cap. debitoribus de iure iur. & in l. iure iurandi, C. de reb. credit. Pan. & Felin. vbi supra hoc plenius explicantes, omnis enim res per qualemque causas nascitur per easdem dissoluitur text. in cap. 1. de reg. iur. in Decretalibus, & in l. ierò, l. 2. ff. eodem titul. aut comparet, & expresse quidem relaxationi consentit, sed eam Iudicis arbitrio relinquit, & tunc similiter ei parcendum, quia elogium siue obligationem iuratori pro se habet, & quia per iurij euitandi religione recederet text. in d. c. si verò, & in l. 1. C. si aduersus vend. text. in l. non erit §. diuis ff. de iur. & in l. qui sub cond. ff. de cond. inst. aut comparet in termino, & relaxationi excipiendo contradicit, & tunc si succumbat merito in expensis condemnari debet ex regula victum victori, text. in c. finem litibus de dolo, & contumac. & in l. properandum, §. fin. autem alterutra, C. de iudic. facit text. in l. Papinian. §. exequisse ff. de inoff. testa. Ita haecenus in Camera obseruatum.

- 3 Quomodo in simili, quando instrumentum in causa appellationis producit nouum, ex quo constat de iure producentis, si is contra quem productum est viso instrumento renunciet liti, & causae non debet condemnari in expensis argum. in l. si quis inficiatus ff. de positi Bartol. in dict. l. properandum, §. fin. autem alterutra num. 2. C. de iudic. idem in l. de iur. iur. num. 1. ff. eodem, & in l. qui in alterius num. 2. ff. de reg. iur. quia viso instrumento intelligit se non habere iustam causam litigandi, Lanfran. in cap. quoniam contra de probat. in verb. expensae num. 4. & 5. Felyn. in cap. pastoralis num. 8. de iudic. Matthesil. sing. 82. per totum incip. Nota practica in iuncta apostilla ibidem, secus si malitiose differt proferre instrumentum litis decisorium vsque ad finem litis, ad hoc, vt aduersarius fatiget inutilibus expensis, nam tunc merito condemnandus erit in expensis, text. in cap. fin. de rescript. & in cap. vt debitus de appellat. Cin. in l. 1. C. de his quae desunt aduocat. Bald. in cap. exceptione circa princip. de exception. Felyn. in cap. ad audientiam 2. num. 14. in fin. de rescript. Apostill. ad Matthesil. dict. singul. 82. num. 4. facit quod is dicatur esse in mora qui maluit litigare, quam rem restituere, Iafon. in l. nemo rem suam num. 4. ff. de verbor. obligat. per illum text. Bartolus in l. si seruum, §. nunc videamus num. 4. & in l. qui Romae §. Scia num. 4. ff. eodem tit. lata autem sententia super relaxatione opus est noua citatione in causa principali, puta ratione iniuriae, vel damni dati, & ratio est quia causa principalis separata est a causa relaxationis, & plene diuersa, & noua causa nouo opus habet remedio per vulgaria, & regulam leg. de vnoquoque ff. de re iud. cum similibus.

RESOLVT. CCXXVIII.

- 1 Papa ex causa potest se ipsum absolvere.
- 2 Papa potest esse iudex in causa propria.
- 3 Qui iurat in materia dispensabili, & non habet superiorem, potest ipsemet secum dispensare.
- 4 Papa non est solutus se ipsum sine causa absolvere a iuramento.
- 5 Episcopus non potest se ipsum a iuramento absolvere.

Vtrum absolvere quis possit se ipsum a iuramento.

Quaro an qui potestatem habet absoluedi alium a iuramento, possit absolvere se ipsum: & quia hi non vnius, & eiusdem gradus sunt.

Primo

Primo videbimus de Papa, deinde de Episcopo, & inferioribus.

Et quo ad primum circa personam Domini Papæ Doctores discutunt hunc articulum in c. 1. vbi Abb. præsertim, & Dec. in 2. lect. de constitut. idem Abbas in c. proposuit de concess. præb. & per Felin. in cap. præterea il. 1. num. 20. de sponsal.

Et videbatur negativè concludendum, non enim potest quis in facto proprio disponere authorizando Clem. 2. de reb. Eccles. alien. ad hoc c. ne quis in sua causa in rubr. & nigro. Secundo pro hac parte facit cap. fin. de inst. & quod Abb. ibi num. 4. notabiliter dicit quod debet esse distinctio inter agentem, & patientem vbi etiam alia adducit, & non est dubium quin Papa obligetur suo iuramento, notat Abb. in d. c. 1. vbi etiam Dec. post eam in secunda lect. num. 23. de constit.

Et consequenter videtur, quod nec alteri committere valeat ut ipsum absoluat, per ea quæ tradit Abb. in dict. cap. fin. num. 6. de instit. nempe quia ille videtur representare personam eiusdem Papæ ut in reg. qui per alium lib. 6. & si vis alias citationes pro hac parte videre potes penes Dominum Fla. Paris. in suo tr. de resign. benefic. lib. 3. q. 18. num. 93.

Contraria opinio affirmativa verior est secundum Doctores, videlicet quod Papa ex causa se ipsum absolvere possit, quam tenet Abb. in dicto cap. proposuit num. 13. de concess. præb. dum negat hoc posse facere sine causa, expressè tradit Dec. in d. c. 1. & 2. lect. num. 24. de constit. ita expendendo sententiam ipsius Abb. & etiam ex eo quia cum causa potest alios absolvere ergo, & seipsum negant enim solum sine causa non posse alios absolvere, & sic stante causa illa ratio cessat, & non resistit quin & se ipsum cum causa absolvere possit, ita Dec. in d. loco post modernos ibi per eum citatos, & hanc partem tenuit Petrus Anch. in cap. venerabilem in fine de electione sequitur Felyn. supra citatus in c. præterea il. 1. num. 20. de sponsal. & in cap. constit. num. 18. ver. potentiam de reser. idem in cap. 1. num. 35. post Abb. ibi de constit.

Non obstant dict. cap. fin. de instit. & alia supra adducta quia regula, & dispositio illorum, & similitum est de iure positivo, patet quia non habent locum in iurisdictione voluntaria vt patet in l. si consul. ff. de adopt. & ideo nec etiam in contentiosa habet locum in Papa, qui & in causa propria potest iudicare vt notat in cap. cum venissent de iudic. ita dicit Dec. in præcitato loco, ex quo inferit, quod si potest Papa in causa propria iudicare, ergo pariter videtur quod in casu prædicto possit se ipsum absolvere vel alteri hoc committere quod declarat Abb. in d. c. fin. de inst. maxime num. 6.

Et corroboratur hæc opinio, ex notabili dicto Archid. cap. venerabilem de elect. vbi vult, quod si ille, qui iuravit in materia dispensabili, non habet superiorem potestatem implet secum dispensare, quod dictum refert post alios a se citatos Dominus Flamin. Paris. dict. tractat. dicta questione 18. sub num. 110. addens quod hoc casu posset alteri committere absolutionem, & per gloss. in cap. sane il. 2. de offic. delegat. & in cap. nemo 9. quest. 3. nam deficiente superiore quis potest sibi ius dicere Innoc. in c. olim il. 1. de reser. spol.

Porro sine causa D. Papa sicut non est solitus alios absolvere, sic neque se ipsum solet sine causa absolvere prout tradit Dec. in dict. cap. 1. 2. lect. num. 24. post alios quos allegat. de constit. & sup. ego adnotavi in 1. par. quest. 2.

Quantum verò ad Episcopum, & inferiores breviter est concludendum eos semetipsos absolvere minime posse, neque alteri suam huiusmodi ipsorum absolutionem committere; tum quia permitta Sum. Aloys. Ricc. Praxis. Pars I II.

mo Pontifici contra regulam, & dispositionem iuris positum iuxta prædicta non sunt permissa Episcopo, tum quia illa alia ratio, in qua fundatur dictum Archid. in dict. cap. venerabilem, & Innoc. in cap. olim, quia Papa non habet superiorem, non habet locum in Episcopo, & multo minus in inferioribus, quia Episcopus habet superiorem, ne dum D. Papam, sed etiam Archiepiscopum, vnde Episcopi, & alij inferiores a votis per eos emissis se absolvere nequeunt vt notat. Abb. in cap. Magnæ de vot. quem refert idem Paris. d. qu. 18. num. 95.

RESOLVT. CCXXIX.

- 1 Iuramentum dicitur temerarium, quod propter eius observantiam incurreretur periculum animæ, & corporis.
- 2 Iuramentum dicitur temerarium, quando quis per illud obligatur ad peccatum veniale.
- 3 Iuramentum, quod vergit in peiorem exitum dicitur temerarium.

Iuramentum quando dicatur temerarium, vt non obliget.

Iuramentum vt non obliget multifariam dici potest, temerarium namque iuramentum ubicunque ob eius observantiam periclitatur salus animæ, seu corporis scilicet, quia in eius observantia inest peccatum mortale, vel periculum amittendi vitam temporalem iuxta ea, quæ explicat Abb. in d. cap. si verò numero 2. per totum de Iurciuran. caret enim prudentia, ac animi iudicio huiusmodi Iuramentum, & est temerarium, vt declarat idem Abb. ibid. ver. nam ex his.

Et hoc Iuramentum non est obligatorium, & non est necessaria absolutio, quia Iurans potest, immò debet propria authoritate contravenire, vt tradit Abbat. in loco citat.

Secundo modo est temerarium iuramentum quod vergit in dispendium salutis animæ scilicet per quod quis obligatur ad peccatum veniale, fit enim temerale iuramentum, quia licet eius observantia non ducat ad interitum vitæ æternæ, prout facit observantia eius, quod continet peccatum mortale, tamen affert dispendium vitæ æternæ, idest diminutionem, quia retardat, ne ibi ad eam perveniat, nam decedens in peccato veniali detinendus est in Purgatorio, iuxta Concil. Trident. & declarat Abb. in dict. cap. si verò num. 3. versic. dicitur autem, & hoc iuramentum, similiter non est obligatorium, cap. si aliquid il primo 22. quest. 4.

Tertio modo Iuramentum dicitur temerarium, & non est obligatorium ubicunque vergit in peiorem exitum, videlicet quia peius esset illum observare, quam infringere, vt dicitur in d. cap. si aliquid.

RESOLVT. CCXXX.

- 1 Iuramentum factum calore iracundiæ, non est obligatorium, quando calor iracundiæ aufert libertatem, & iudicium.
- 2 Confessio emanata calore iracundiæ non obest, nisi adsit perseverantia.
- 3 Iuramentum factum calore iracundiæ, quæ non aufert iudicium, valet fauore piæ causæ.
- 4 De facili dari debet absolutio a iuramento facto calore iracundiæ.

Iuramentum calore Iracundiæ an obliget ad pias causas.

Iuramentum quoque temerarium dici potest quando calore iracundiæ esset factum, quo casu non est obligatorium,

K 3

gatorium; & non est necessaria absolutio; licet non vergat in interitum salutis animæ, vel corporis, neque in dispendium salutis æternæ, neque in peiorem exitum iuxta tradita, est enim temerarium; & non obligatorium illa ratione, nempe quia ex calore iracundiæ quis iuravit, ut in c. sicut ex literis vbi Abb. & alij de iure iur. & sic est nullum ex defectu iudicii prædicti comitis Iuramenti, ut in cap. iurabunt 22. quæst. 1. c. animaduertendum ead. quæst. 2.

Quod est intelligendum verum esse, vbi calor iracundiæ tolleret libertatem, & iudicium prout intelligit D. Anton. in dicto cap. sicut ex literis, quem refert, & sequitur Abb. in dicto cap. si verò numer. 7. nam in tali casu licet iuramentum alias sit licitum, tamen non valet, ex quo tantus fuit calor iracundiæ, qui habuit inducere mentis alienationem, & auferre consensum, ita concludit Abb. in dicto c. sicut ex literis, & est iuris regula, quod quicquid fit, vel dicitur calore iracundiæ non prius ratum est, quam si perseverantia apparuerit animi iudicium affuisse, ut in l. quicquid calore ff. de reg. iur. vnde gloss. notat. secundum Abb. in cap. ex literis de diuor. dicit quod confessio emanata, calore iracundiæ, non præiudicat nisi detur perseverantia ad idem quod de voto tradit S. Thom. 2. 2. quæstione 87. art. 1. relatus à Ioanne And. in dicto cap. literarum de vot. vbi D. Thom. dicit quod tria sunt necessaria in voto scilicet deliberatio, propositum, voluntatis promissio, & facit dicto cap. literarum, & cap. nuptiarum in princip. 27. quæst. 1. idem ergo in iuramento quod principaliter dirigitur in Deum, ut alias est dictum, Deus enim respicit eorum c. si quid inuenisti 14. quæst. 5. & hilarem datorem diligit, & vult militem voluntarium c. non est 15. q. 1. & per hæc Abb. pertransit cum ista conclusione, quod iuramentum non obliget ex abrupto factum, quia non habet in se consensum ac sub inde quod absolutio non sit necessaria, subdit tamen, quod posset peti absolutio ad cautelam.

Secus ergo esset dicendum, si calor iracundiæ non fuisset tantus, quod abstulisset consensum; nam et si dictum iuramentum dici posset aliquo modo temerarium utpote non consulto, & sine recta animi deliberatione, atque iudicio præstitum, tamen obligatorium esset, ut est de mente D. Antonin. & Pan. in locis citatis, & per ea quæ infra dicentur.

Item limitari potest ut dictum iuramentum valeat, & teneat favore piæ causæ, scilicet vbi esset præstitum in fauorem Ecclesiæ, vel piæ causæ prout singulariter ultra duas alias limitationes limitat. Iaf. regul. dict. l. quicquid calore, quod scilicet dictum, & factum calore iracundiæ non debet imputari l. si filiam tuam num. 6. c. de inoffic. testam. & ibi ponit alia notabilia in hac materia an scilicet, & quatenus habeat operari iracundiæ calor.

Adde tamen, quod de facili esset danda absolutio ab isto iuramento, etiam in casu huius limitationis ob calorem iracundiæ, per ea quæ dicunt Antonius, & Abb. in d. c. sicut ex literis.

RESOLVT. CCXXXI.

- 1 Iuramentum promissorium est cum aliquid de futuro promittitur.
- 2 Iuramentum imperatoris multa includit.
- 3 Rex etiam præstat iuramentum: similiter Episcopi præstant iuramentum Summo Pontifici.
- 4 Episcopi non exempti præstant iuramentum Archiepiscopo, & Abbates etiam in eorum benedictionibus.
- 5 Archiepiscopus præstat iuramentum in receptione pallij, & eligentes in electione Prælati.
- 6 Vassallus tenetur præstare iuramentum fidelitatis domino feudi.

Iuramentum promissorium quid sit, & à quibus præstetur.

Promissorium iuramentum est quando aliquid de futuro promittitur, vel aliquis se dicturum, vel facturum promittit, & dicitur illud obligationis introductum, cuius plures sunt casus, & afferri possunt exempla.

Primum in iuramento, quod præstat Imperator in sua coronatione, & approbatione, de quo loquitur text. in c. tibi Domino 63. dist. in Clem. vnica de iure iur. quod propriè fidelitatis iuramentum dicitur, ut inquit ibi Summus Pontifex, & continet istud iuramentum quatuor, primum quod scilicet promittit laborem suum, videlicet se protectorem, & defenso- rem, secundo cui, scilicet Summo Pontifici. Tertium pro quo, scilicet pro vtilitate Ecclesiæ, & membro- rum eius; quarto quantum, scilicet secundum suum posse c. de forma, & quod ibi notatur 22. quæst. 5.

Secundum in iuramento, quod præstat Rex in sua coronatione cap. intellecto de iure iuran.

Tertium in iuramento, quod Episcopi præstant Summo Pontifici cap. ego de iure iur.

Quartum in iuramento, quod exhibent Episcopi non exempti Archiepiscopo cap. delicti de maior. & obed. de quo iuramento, & ipsius formalitè tradiderunt Mandosius in gl. quod autem §. ac etiam ver. iuramentum consuetum. Corset. in templo omni. iud. lib. 2. n. 8. Redoanus in suo tract. de reb. Eccles. non alien. q. 3. de alienat. non obstante iuram. Lælius Zan- chius priuileg. Eccles. priuileg. 67. in princ.

Quintum in iuramento, quod præstant Abbates in eorum benedictionibus, Abb. in d. c. ego de iure iur.

Sextum exemplum in iuramento, quod præstant Curati, & alij beneficiati, de quo in c. quaquam 23. d.

Septimum quod præstant Canonici de statutis eorum seruandis, de quo in c. 1. de iure iur.

Octauum exemplum in iuramento, quod præstant Archiepiscopi, quando accipiunt pallium à Summo Pontifice, de quo in c. significasti de elect.

Nonum in iuramento, quod præstant Cardinales in electione de Summo Pontifice facienda gl. in c. 1. de elect.

Decimum in iuramento, quod dant eligentes in electione Prælati, de quo glo. in loco proxime citato.

Vltimum denique in iuramento fidelitatis, quod præstat Vassallus Domino suo, & hæc est propriè materia nostra in qua aduertendum puto, quod illud iuramentum præstat in duobus temporibus. Primo quando erigitur feudum, & traditur inuestito possessio; Secundo verò tempore quando moritur, vel Dominus, vel feudatarius, & hæres feudatarii Domini, vel ipsemet feudatarius hæredi Domini haberet præstare iuramentum, de primo agitur in cap. 1. cum duobus titulis sequentibus, qualiter Vassallus iurare debeat de fidelitate, de secundo est materia in cap. 1. §. omnes filij de feudo defuncti militis cum aliis concordant.

RESOLVT. CCXXXII.

- 1 Causa iuramenti dicitur mixti fori.
- 2 Iuramentum quoad periurium est merè personale.
- 3 Quando agitur de pena periurij, iudex secularis est competens.
- 4 Item cum agitur de compellendo recipientem turpe iuramentum, ut scilicet illud vel laxet: similiter cum agitur de obseruantia iuramenti.
- 5 In iuramentis hereticorum, excommunicatorum, & Indæorum se intromittit Ecclesiæ, & non iudex laicus.

An ratione iuramenti causa sit Ecclesiastico Iudici remittenda.

Ad propositum dubium Respondi, quod causa iuramenti dicitur mixti fori, & sic poterit uterque iudex de ea cognoscere text. est iuncta glos. & DD. in c. ult. de foro compet. in 6. Couar. lib. 1. variat. ref. c. 4. num. 5. vers. nec quicquam, & in c. quamvis r. p. 5. num. 6. Gomez. lib. 2. variat. refol. in tit. de restit. minor. c. 14. Gutierrez in Auth. Sacramenta puber. num. 16. & 20. C. si aduersus vend. & in tract. de iuram. confir. p. 3. c. 12. num. 2. Alex. in conf. 63. vol. 3. Bellug. in Specul. princ. rubr. 12. §. quaedam in princ. Fuscus de vift. lib. 2. c. 21. n. 48. Seraph. de privilegiis iuramenti, priuil. 67. n. 1. Didac. Perez lib. 8. tit. 6. l. 1. pag. 183. vers. inferitur secundo Marant. 4. p. num. 14. Cag. in l. si quis maior n. 19. C. de translat. Rom. in. conf. 12. Guid. Papæ in decif. 178. Cappel. Tholof. in decif. 26. & Petr. Cened. in collect. ad ius can. par. 3. Collect. 2. vbi alios cumulat.

Limita primo in hæredes iurantis, quia vinculum iuramenti quoad periurium est merè personale, & non transit ad hæredes, & per consequens hæres ipsius iurantis non potest conueniri coram iudice Ecclesiastico, ita tenent & declarant cum DD. in d. cap. fin. de foro compet. in 6. Abb. in cap. cum sit venerabile col. 8. n. 21. & 22. de foro compet. & ibidem Fel. num. 9. Hipp. sing. 219. tu habes Salzed. ad Diaz. in. reg. 386. post Abb. in cap. Parochianos n. 4. de decimis Rol. conf. 17. num. 16. volum. 1. Guid. Pap. in decif. 414. Afinius in leg. prima n. 21. ff. de relig. & sumpt. funer. Seraf. loco cit. num. 22. Gutierrez loco cit. n. 7. quæ ad diuers. iuris cap. 32. num. 15. Aufer. in reper. Clement. primæ regul. 4. Fall. 4. de officio ordinarij, & in addit. ad Cappel. Tholofan. in decif. 416. Medic. in tract. mors omni. soluit 2. part. conclus. 58. num. 164. post Bart. in leg. qui superstitis in fin. ff. de acquirenda hæredit. & DD. in cap. veritatis per illum text. de iure iurando.

Multis tamen in casibus iudex secularis habet cognitionem super iuramento; primo quando agitur ad penam periurij, quia uterque iudex competens est cap. nouit de iudicijs, & cap. Rex. 33. quæst. Ludou. Rom. consil. 512. col. 3. Bald. conf. 17. num. 13. Loffred. consil. 41. num. 3. post Felyn. in dict. cap. cum sit venerabile.

Secundo quando agitur de compellendo recipientem turpe iuramentum, vt illud relaxet iuxta capitulum primum de iure iurando. Feder. de Sen. conf. 166. Old. in conf. 153. num. 3. Roman. sing. 561. & ratio est, quia sicut potest cogere, vt licitum seruet, ita vt turpe relaxetur.

Tertio vbi solum agitur de obseruando iuramento, quia pro eius obseruantia potest secularis Iudex suas partes interponere cap. licet de iure iurando in 6. Abbas in cap. ex literis illecondo in 4. not. de sponsal. Imol. in cap. contingat in cap. speciale iuramen. de iure iurando. Bald. in leg. prima C. de rebus creditis.

Limita secundo conclusionem principalem in iuramentis Iudæorum, hæreticorum, & excommunicatorum, quia isti subsunt Ecclesiæ, nec licet seculari in aliquo se intromittere. Bald. in cap. 1. §. item sacramenta de pace iuram. firmam. Lud. Rom. in l. qui superstitis ff. de acquir. hæred.

RESOLVT. CCXXXIII.

- 1 Gratia de beneficio vacaturo non extenditur ad beneficium de nouo creatum.
- 2 Rescripta, & commissiones non extenduntur ad futura, nec sententia arbitraria, nec transactio, vel liberatio legata.

Aloys. Ricc. Praxis. Pars III.

- 3 Facultas conferendi beneficia non extenditur ad beneficia nouiter creata.
- 4 Exemptio concessa cappellis non extenditur ad futuras.
- 5 Prorogatio regulæ de triennali non extenditur ad gratiam post prorogationem quasitam, & sic de alijs, prout in corpore resolutionis.

Iuramentum an extendatur ad futura.

In casu proposito respondi, quod non ex sequentibus, ex textu, in clement. final. de rescriptis vbi gratia, & reservatio facta ad fauorem alicuius de beneficio vacaturo non se extendit ad beneficium de nouo creatum. Cuius verba sunt hæc, literas nostras super conferendo tibi beneficio vacaturo directas ad beneficium post datam ipsorum creatum statuimus non extendi, & ibi plenissime notant glos. & omnes, nec rescriptum, seu commissio extenditur ad lites de nouo ortas cap. fin. & ibi glos. verb. ad futuras literas de rescriptis. Rota decif. 18. de rescriptis in nouis, nec ad ius ortum post litem contestatam, l. non potest videri 23. ff. de Iudicijs Antonius Gomezius lib. 2. variat. cap. 11. commun. opin. tit. de iudicijs conclus. 3. per totam, nec sententia arbitraria extenditur ad futura, l. de his 46. ff. de receptis arbitris, nec decretum l. item eorum §. si decuriones ff. quod cuiusque vniuersit. nomine, nec transactio trahitur ad futura l. cum Aquiliana ff. de transactionibus, leg. qui cum tutoribus §. 1. ff. eodem tit. l. si de certa C. de transactionibus. Antonius Gabr. in tit. de fidei commissis conclus. 1. per totam. Ioannes Gutierrez de iuram. confirm. par. 1. cap. 40. a num. 10. nec pactum l. tres fratres 35. ff. de pactis l. 30. tit. 11. partita 1. nec liberationis legatum extenditur ad debitum futurum post testamentum leg. Aurelius 28. §. testamentum & §. Titius Seio, & §. Mauius ff. de liberatione legata Couar. lib. 2. variat. cap. 14. per totum. Menchius de præsumptionibus lib. 4. præsumpt. 127. num. 8. nec verba contractus l. non modus C. de feruitutibus Romanus conf. 136. num. 1. & conf. 503. a num. 12. Aluarus Valaschus consultatione 58. num. tertio vbi plenè, nec mandatum amplissimum concessum ab Episcopo Vicario suo ad dispensandum in omnibus casibus, in quibus ipse Episcopus autoritate ordinaria, vel delegata etiam Apostolica commissa, vel committenda se extendit ad casus nouiter de iure speciali competituros, nec causas in futurum delegandas. Rot. decif. 9. num. 1. & per totam de officio Vicarii, & decif. 3. eodem tit. in antiquioribus Biff. gneti, item facultas conferendi beneficia, de qua in cap. si cui nulla 36. de præbend. lib. 6. non extenditur ad beneficia postmodum creata, quæ in rerum natura non erant, ne fundatores retrahantur a fundatione Bonifacius Vitalinus in Cl. fin. num. 23. iuncto num. 15. de rescript. & bene tradit Ferretus conf. 2. num. 5. vol. 1. de hoc tamen vide Rotam decif. 17. num. 2. & 9. parte 2. diuersorum cum ibidem citatis, dicit etiam Rebuffus in praxi tit. de forma vicariatus num. 124. quod vicarius Episcopi habens potestatem conferendi beneficia non potest conferre beneficium de nouo creatum, sicut etiam venditio non se extendit ad futura l. Rutilia Polla 69. l. in leg. 77. ff. de contrah. empt. Flam. Paris. de resignat. lib. 12. qu. fin. num. 32. vbi ampliat vt non solum non extendatur ad futura, sed neque ad præsentia, non tamen cognita, nec apparentia, nec stipulatio trahitur ad futura, l. ita stipulatus §. Chrisogonus l. cum stipulamur, l. si a Colono ff. de verb. obligationibus. Puteus decif. 154. fuit dubitatum num. 5. lib. 1. prout etiam nec valor monetæ legata, vt plenè per Antonium Gabrielem lib. 3. tit. de solutionibus conclus. 3. per totam, neque testamentum, l. si ita legatum, l. modico in principio ff.

K 4 de auro,

de auro, & argento legato Abbas in cap. cum Cappella sub numero 5. ff. de priuilegijs. Lancellott. de attentat. 2. par. cap. 4. in præfatione a numero 488. in noua impressione, neque renunciatis ferijs intelligitur renunciatis futuris, sed solum præsentibus, nisi aliud exprimat. Bart. in leg. 2. num. 3. §. de ferijs, neque priuilegium extenditur ad futura capit. ex ore de priuilegijs. Abbas in dict. cap. cum Cappella numero quinto eodem titulo. Puteus decif. 254. num. 3. lib. primo, declara tamen per Abbatem, in cap. quia circa numero quinto de priuilegijs, & vide Petrum Duenas in reg. 13. Ferristum consil. 36. numero sexto, neque legatum se extendit ad loca postea quaesita leg. si filiabus 17. ff. de legatis primo leg. Iulianus §. finali ff. de legat. 3. Puteus dict. decif. 154. numero tertio, de quo tamen vide Antonium Gomefium libro secundo variarum cap. 12. de legatis numero 49. & de legato librorum consuluit Bald. dict. consil. 284. incipit, pater disponenti libro secundo, Roman. singulari 593. incipit tertius, Curtius Junior consil. 223. numero septimo. Menoch. de præsumptionibus libro quarto præsumption. 127. numero 15. 16. & 17. ubi idem dicit de legato vestium post Rom. & alios, & per totam illam præsumptionem hanc plenissime detrahat materiam, & in consil. 97. ex num. 64. & 74. libri primi item in exemptione concessa Cappellis, quia talis exemptio non extenditur ad futuras Cappellas gloss. in cap. cum Cappella de priuilegijs gloss. 1. Felyn. in cap. fin. sub numero 16. de constitutionibus, similiter quando fit mentio de lite, vel literis intelligitur de lite pendente, vel literis expeditis de illo tempore, non de futuris, quæ tunc in rerum natura non erant. Lancellott. de attentatis secunda parte cap. quarto, in præfatione numero 488. versiculo quarto, quia Papa dum permittit in noua impressione, & fuit resolutum in vna Vallisolerana Scholastria 5. Julij 1596. coram R. P. D. Lancellotto, item prorogatio regulæ de triennali non suffragatur quoad gratiam post prorogationem quaesitam, Puteus decisio 334. die 29. Octobris libro tertio si cut etiam clausula sine vitio spolij posita in breui respicit dumtaxat antiquos possessores, non autem eos, qui postea possidere coeperunt Rota decif. 396. numero secundo libro tertio, parte tertia diuersorum, pariter præscriptio non attenditur ad futura, capitulo cum contingat de decimis, & ibi notat Abbas numero quinto, quod procedit etiam in præscriptione immemorabili. Puteus post alios decif. 154. numero tertio libro primo, neque iuramentum extenditur ad futura, & incogitata cap. Clericus 35. cap. quinquauallis 24. cap. quemadmodum 25. de iureiurando l. 27. post medium tit. vndecimo partita 3. Coparr. in capitul. quamuis pactum in princip. a numero quinto, & sexto de pactis libro sexto, Gutierrez de iuramento confirmatorio parte prima cap. 71. per totam: hinc si quis se obligauit ad seruandam pacem pro se, & suis filiis intelligitur de filiis iam natis, non autem de nascituris Iaf. in l. si stipulatus fuerit, num. octauo ff. de verbor. obligat. Menoch. consil. 97. numero decimoquarto libro primo: nec res recipit denominationem ab eo, quod fuerit in futurum, sed ab eo, quod est. Bald. in lege si nondum numero secundo C. de furtis, Iafon. in leg. 1. §. qui mandatam, numero primo ff. de officio eius cui est mandat. iurisdic. ubi propterea inferunt quod si testator mandat in ædibus suis fieri Ecclesiam nondum est Ecclesia, & quod si ciuitas interficiat electum in Episcopum non dicitur interficere Episcopum; nec renunciatio extenditur ad futura cap. cum inter de renunciatione, cum his, quæ congerit Paulus Parisius consilio septimo, numero 30. libro secundo, & consil. 95. numero 29. & 34. libro tertio. Caputaquen. decif. 215. nu-

mero decimoquarto, parte quarta. Mascard. latè de probationibus conclus. 128. numero trigesimo quinto cum sequentibus, nec clausula non obstantibus, &c. extenditur ad futura. Baldus consil. 495. quadam Domina numero secundo volum. quinto. Socin. consil. 52. sub hac colum. secunda, versic. ex his libro tertio Paris. consil. 91. numero quarto libro primo, & in terminis reservationis, quod clausula non obstantibus, &c. non extenditur ad futuras reservationes tradit Simonett. de reservationibus quaest. 76. per totam, nec clausula sine præiudicio intelligitur de futuro præiudicio, sed de præfenti. Hieron. Gab. consil. 151. fine 181. numero vigesimo tertio libro secundo, nec derogationes extenduntur ad futura Flaminij Parisius, Romanum, & Iafonem allegans de resignat. beneficiorum lib. duodecimo, quaest. fin. numero vigesimo nono, & trigesimo, Gomezus in regula de infirmis resignat. quaestione 27. numero 29. & 30. nec honorum publicatio, seu confiscatio extenditur ad bona in posterum acquirenda lege si tibi mandauero §. is, cui ff. mandati cap. felicis post medium ibi de postmodum acquisitis, repetitio non negetur cum glossa verbo acquisitis de penis lib. 6. Abbas in cap. quia circa num. 5. de priuilegijs. Decius consil. 438. accuratè, & eleganter num. 10. Simancas de Catholicis institutionibus tit. 9. de bonis hæreticorum num. 61. & sequentibus nec mandatum procuratorium extenditur ad futuras lites, nisi aliter exprimat, ut per textum in cap. finali de rescriptis, & alia Iura, quæ ibi allegat, tenuit Rota decisio 30. de procuratoribus in antiquis, & decif. 3. de procuratoribus in antiquioribus Bisigneti, & decif. 32. per totam eodem titulo in nouis, de quo etiam vide Rotam decif. 1. de procurator. in nouis, & decif. 13. eodem titulo in antiquis Puteum decif. 37. par. 3. Achillem de Grassis decif. 9. & 11. sub titulo de procuratoribus, idem est in Curatore ad lites, quia dumtaxat intelligitur de litib. quæ tunc existunt, l. qui habet §. fin. & l. sequenti ff. de tutelis, nec feruitutis impositio extenditur ad futurum ædificium, seu prædium l. 1. ff. communi prædium, l. non modus C. de feruitutibus, nec obligatio de soluendo cuiuslibet canonico Sancti Laurentij decem quolibet anno, si tunc non erant, nisi sex Canonici, & postea auctus est num. extenditur ad augmentum, ut post Cyn. Albericum, Paulum, Bald. Salicet, & alios tradit Padilla in d. l. non modus num. 3. c. quarto de Censibus, & Abbas ibi a num. 10. latè. Boer. decif. 213. per totam. Menoch. de arbitrarijs casu 223. per totum, Gironda de Gabellis par. 12. ex n. 27. Sta phileus de lict. iustitiæ §. est notandum num. 1. qui Doctores alios, & infinitos similes casus cumulant; item pignus pro minorib. vsuris obligatum retineri non potest pro maiorib. ex posteriori contractu nascentibus l. per retentionem C. de vsuris, ratio nempe generalis est, quod id, de quo agendum est primo in rerum natura debet esse l. quidam referunt 14. post principium ff. de Iure codicillorum glo. verb. ad futuras in cap. fin. de rescriptis cap. ad dissoluendum iuncta, glossa verbo accusari de desponsat. impub. ubi dicit quod accusatio locum non habet cum non esset quod possit legitimè accusari.

Tandem facit quod reservatio non capiat beneficia creata, & erecta post datam reservationis tenuit Rota decif. 32. n. 27. de præbendis in antiquis, & Simonett. in d. tract. de reservationibus q. 12. quinimo quauis beneficium fuisset fundatum ante reservationem, si tamen post illam accessit Episcopi consensus, & approbatio non comprehenderetur Rota decif. 2. a num. 3. de iure patronatus in antiquis, & decif. 17. de præbendis in antiquioribus Bisigneti. Aneas de Falconibus in tractatu de reservationibus quaest. 3. principali num.

num. 26. de quo etiam vide Lambertinum de iure patronatus, lib. 2. p. 3. quæst. 9. artic. 36. quod similiter procedet si beneficium esset prius creatum de approbatione Episcopi, & post reservationem dotalum, quia adhuc non caderet sub reservatione, ut post Paulum de Leazar. in d. Clementina finali scriptum reliquit Galpar. de Perusio in tract. de reservationibus c. 2. quæ autem beneficia comprehendantur Aeneas de Falconibus ubi supra num. 9. idem etiam esset si tempore reservationis beneficium esset prius extinctum, & suppressum, & post suppressionem suppressio dissolveretur, & reuocaretur, quoniam tunc diceretur de nouo creatum tale beneficium; Cardinalis Zabarella in d. Clem. fi. nu. 6. post alios, quos allegat de rescriptis, sequitur etiam Felyn. in c. cum accessissent sub numer. 13. post princip. vers. adde glossam, & post medium vers. ad idem quod notat Cardinalis de constitutionibus Aeneas de Falconibus in d. quæst. 4. principal. num. 27.

RESOLVT. CCXXXIV.

- 1 Iuramentum cumulat forum foro.
- 2 Ratione iuramenti, iudex alias incompetens fit competens.
- 3 Iuramentum cumulat forum foro electiuè, non autem cumulatiuè.
- 4 Non debet fieri interpretatio, ut ex iuramento absurdum aliquod sequatur.
- 5 De eadem re non possunt fieri sententiæ contrariæ.
- 6 Trahi super eadem re coram diuersis iudicibus est vexari.
- 7 Litis pendenti debet opponi, alias valet processus.

Iuramentum quomodo cumulat forum foro.

- 1 Certum est, quod iuramentum cumulat forum foro; & sic facit, ut laicus cuius alias iudex Ecclesiasticus erat incompetens, fit competens ratione iuramenti, ut habetur in capitul. fin. de foro compet. in 6. cap. nouit ext. de iudic. tradit Abb. in cap. cum uenissent numer. 26. de institution. Romasign. 119. & 426. Afflict. decis. 263. post nu. 3. Anton. de Gam. decis. 247. num. 2. Brunor. a Sole in suis qq. lega. q. 22. num. 29. & est communis opinio Can. & Legil. ut tradit Iaf. conf. 6. circa 1. col. 1. vol. 1. Verum in controuersiam in facti contingentia deductum uidi, an dicta conclusio intelligeretur alternatiuè, & seu electiuè, ut pars cui iuratum est posset adire quem uellet Ordinarium iudicem sæcularem, vel Ecclesiasticum illius, qui iurauit, an vero cumulatiuè, ut uno eodemque tempore pendente lite super una, & eadem re coram iudice laico posset non obstante dicta litis pendenti adiri Iudex Ecclesiasticus. Et licet istam conclusionem isto posteriori modo intelligat Iaf. in l. pendente numer. 3. C. de bonor. posses. secundum tab. & in l. nulli num. 6. & 7. C. de iudi. & conf. 9. num. 3. vol. 1. & nouè post aliquos per eum relatos Vincent. Caro. in tract. de seq. par. 3. q. 17. num. 12. Tamen uera, & communis opinio est,
- 3 quod iuramentum intelligatur cumulare forum foro electiuè, non tamen cumulatiuè. Quinimo si lis super dicto facto iurato pendeat coram iudice sæculari, non potest super eodem recursus haberi ad Ecclesiasticum pendente dicta lite coram iudice laico, nec è contrario, ut not. aliquibus relatis Seraph. de iur. priu. 67. num. 34. & 35. quibus & ipse subscribo. Quia,
- 4 non debet fieri interpretatio, ut ex iuramento absurdum aliquod sequatur: argum. 1. nam absurdum ff. de bono. liber. l. scire oportet §. aliud ff. de excus. tuto. lege 2. & ibi gl. C. de con. inser. sequeretur autem, si fieret dicta interpretatio, sequeretur siquid quod

quis super eadem re posset coram diuersis tribunali-
bus vexari, & sic quod de eadem re diuersæ, seu contrariæ sententiæ ferri possent, quod lex ualde absurdum reputat l. singulis cum simil. ff. de excep. re iudica. Conducit ad prædicta, quia exceptio litis pendentiæ fundata est in æquitate: quia trahi coram diuersis iudicibus simul, & semel de eadem re est vexari c. fin. de rescript. Rob. Maran. de ordi. iudi. par. 6. titul. de excep. oppo. numero 42. & alij passim, quod adeo uerum est, ut & talia attentantem lex puniat lege prima §. fin. C. de asser. tollen. & licet non amissione causæ, nisi in casu illius legis, ut ibi uolunt Bald. & Salic. saltem pro arbitrio, ut tradunt gl. & Canon. in cap. ex tenore ver. careat de rescript. & sic nulla ratione dici potest, ut iuramentum causet istam iniquitatem, seu vexationem contra propriam eius naturam. Vnum tamen est, quod pars debet opponere de dicta litis pendentiæ, alias ualere utrobique processus, ut not. Cano. in cap. fin. de rescript. & legistæ in l. nulli C. de iudi. ut in simili dicimus de exceptione rei iudic. quæ si non opponatur cum quid opponitur aduersus sententiam, quæ transiit in iudicatum de eo iudicium est tractandum, ut scribunt commemorati a Felyn. in cap. inter monasterium, numero 23. de senten. & re iudicata Ruin. consil. 3. numero decimo libro tertio Marfil. consil. 19. numero nono, & Bart. in lege prima C. de or. iudi. Circa quem aduerte quod exceptio litis pendentiæ, & exceptio rei iudicatæ æquiparantur, ita ut cui obstat exceptio rei iudicatæ, obstat & exceptio litis pendentiæ l. fundum, & l. fundi, ff. de except. & l. si mater ff. de except. rei iud.

RESOLVT. CCXXXV.

- 1 Iuramentum habet vim expressi ubi in actu in quo interponitur non deest consensus saltem in genere.
- 2 Legitima specialiter renunciari debet.
- 3 Primum testamentum non habens clausulam derogatoriam, non reuocatur per secundum.
- 4 In generali dispositione, etiam sine iuramento, veniunt ea, de quibus est cogitatum in genere, licet non in specie.

Iuramentum quando dicatur habere vim expressi.

- Oportune hic quæri potest quando dicatur iuramentum habere vim expressi, hoc est specialis expressionis: innumeri siquidem sunt, qui tenent partem affirmatiuam, & totidem qui negatiuam, quos longa serie recenseret Anton. Gabr. de iure iur. conclus. 4. numer. 1. & 2. Vera autem & communis resolutio est iuramentum habere vim expressi, ubi ex actu, in quo interponitur, non deest consensus saltem in genere, ut quia de eo quod erat exprimentum fuit saltem in genere cogitatum, sed si deest consensus in specie, & in genere, utpote quia nec in specie, nec in genere; de eo in generali conuentione fuit cogitatum, tunc iuramentum non habet vim expressi v.g. renunciat filius hereditati paternæ, num. censetur renunciante legitima? Clarum est quod non, quia ut legitimæ censetur renunciatum, oportet ut specialiter ei renunciatur l. si quando §. generaliter, ubi doct. C. de inoff. testa. & tamen quia in tali renuntiatione generali, non potest non dici cogitatum de legitima saltem in genere, cum in hereditate comprehendatur etiam legitima, & eam sibi competere non posset ignorare, si in tali renuntiatione addit iuramentum continebitur etiam legitima, cum tunc iuramentum habeat vim specialis expressionis, ut tradidi supra lib. 1. cap. 3. de legi. ad fin. similiter certum est, quod primum testamentum,
- 3 habens clausulam derogatoriam non reuocatur per secundum.

secundum; nisi de ille clausula expresse mentio fiat l. si quis in princip. ff. de leg. 3. si tamen quis cum fecisset prius testamentum cum clausula derogatoria, fecisset postea alterum reuocans omne aliud testamentum, & in eo apposuisset iuramentum; illud secundum testamentum tolleretur prius ratione iuramenti, quod vim habet expressi, & specifici consensus, cum tunc in genere consentire videatur, ut illud prius testamentum censeatur reuocatum, etenim cum generaliter omnia testamenta reuocaret, censetur in genere de omnibus cogitasse, maxime cum eorum ignorantia cum ea ipse fecerit allegari non possit, ut in simili notat Bart. in l. sub preteritu circa prin. Cod. de transact. Dec. cons. 108. n. 20. Secus si faceret secundum testamentum cum iuramento nulla facta reuocatione alterius testamenti in genere nec in specie, quia tunc illud prius per posterius non censeretur reuocatum; ita Ias. istam conclus. pulchre declarans in l. si mihi & tibi & tali §. in legatis num. 16. cum 3. sequent. de leg. 1. & in l. sancimus num. 14. C. de testam. idem notat Imola in e. cum contingat de iur. iurand. Bart. in leg. 2. num. 10. C. de rescin. vend. Rip. in tractatu de poste titu. de priui. contract. post num. 84. Natt. cons. 480. num. 23. Roland. a Valle cons. 6. num. 57. vol. 1. Ber. cons. 28. num. 12. volum. primo, & fuse Seraphin. de priui. iura. priui. 70. circa prin. & Io. Guttier. in auth. Sacramenta puerum a num. 113. usque ad num. 117. & Cotta in mem. in vers. religio iuramenti cir. med. Et licet videatur dicta distinctio in spida, eo quod in generali dispositione etiam sine iuramento veniant ea, de quibus est cogitatum in genere, licet non in specie leg. qui iuri militari ff. testament. militar. leg. sub preteritu la 2. Cod. de transact. cum simil. dico multos esse casus, ut sunt predicti, & alij, qui requirunt expressiorem specialem, & tunc iuramentum habet vim illius specialis expressionis, verba autem generalia tunc nihil operarentur, ut prater iura allegata notat glos. in clement. prima in vers. specialiter de iudi. & in cap. inquisitores ver. expresse de heretic. in 6. & notat. Bart. in leg. fin. §. omnem per illum text. C. de admin. tur. Ias. in leg. prima numero 14. & 15. ff. si quis in ius vocatus non ierit, ubi posuit multos casus, in quibus requiritur aliquod specialiter exprimi, ita ut non fiat effectus exprimi verbis generalib. & quando de aliqua re in genere cogitatum presumatur, explicuit Bart. in leg. si de certa num. 4. Cod. de transact. & eum sequutus Abb. in cap. primo num. 6. de transact. & noue Anton. Padil. in leg. sub preteritu n. 1. C. illo titul.

RESOLVT. CCXXXVI.

- 1 Iuramentum non extenditur ad id, in quo deficit consensus.
- 2 Voluntas non fertur ad incognita.
- 3 Quoad ea, que iuris sunt, iuramentum impedit ne ignorantia allegari possit.
- 4 Si mulier renunciat Velleiano cum iuramento, licet non sit certiorata de importantia Senatus consulti Velleiani, potest se defendere.

An iuramentum impedit ne ignorantia allegari possit.

- 1 Videtur dicendum, quod non, quia iuramentum non extenditur ad id, in quo deficit consensus leg. fin. Cod. de non numerat. pecun. ubi DD. & sic non potest extendi ad ignorata cum certum sit circa illa consensum deficere cum voluntas ad incognita non feratur leg. mater decedens ff. de inoff. testam. leg. si is ad quem, & leg. hæres institutus ff.

de acquirend. hered. Veritas tamen est quoad ea, que in facto consistunt, si ignorentur ad ea iuramentum non extenditur: ita Bauer. de virt. iur. vers. decimus septimus effectus numero 29. Imol. in capit. cum contingat de iure iurand. Dec. consilio 350. Vis allegacionibus numero 6. & consilio sequent. num. octauo, & post Paul. de Castr. declarat pulchre Brunor. a Sole in suis qq. legal. q. vigesima secunda num. 49. Quoad ea vero que iuris sunt iuramentum impedit ne ignorantia allegari possit, ita DD. in locis præalleg. & tradunt Bart. & Roman. in leg. sciendum ff. de verb. oblig. ubi etiam Alex. & Ias. qui de communi attestatur Abb. in cap. cum causam num. 17. de empt. & vendit. Cappell. Tholof. decisio. 49. ubi Aufre. Et sic si mulier renunciat Velleiano cum iuramento, licet non sit certio rata de importantia Senat. Consulti Velleiani, non potest se defendere, quod non censeatur renunciaisse quod ipsum ignorauerit, ut multis hinc inde relatis, tradit Anton. Gabriel de iur. iur. concl. 4. dicens istam esse communem, quam multis relatis sequitur de priuileg. iur. priuileg. 119. ubi eam limitat, & declarat.

PRAXIS IURISDICTIONIS.

RESOLVT. CCXXXVII.

- 1 Quando iurisdicção est concessa inferiori, non censetur adempta maiori, & superiori.
- 2 Si Episcopus concedat facultatem conferendi suo vicario, nihilominus Episcopus potest etiam conferre.
- 3 Licet procurator patroni laici præsentauerit, nihilominus dominus principalis potest accumulare.
- 4 Princeps non potest a se abdicare supremam potestatem.
- 5 Nullo tempore etiam immemorabili potest aliquid præscribi de suprema Pape auctoritate.
- 6 Per concessionem factam a Papa iudici laico contra Assassinos, in concilio Lugd. non abdicauit a se potestatem.
- 7 Inferior censetur præscribere cumulatim, non autem priuatim ad superiorem, unde in casu negligentia Episcopus exercere potest.
- 8 Dicitio taxatiua in concessione iurisdicçãois excludit pares.
- 9 Quando fundator beneficii nominat extraneum, non intelligitur priuatim ad heredes.

Regula illa, quod in dubio iurisdicção censeatur concessa cumulatim, non autem priuatim antequam procedat quando in concessione apponitur dicitio taxatiua, tantum.

PRO Regula generali proposita facit text. in leg. fin. Cod. de iurisd. omnium Iudicum, ubi licet Reçtori militum in causis illos concernentibus concedatur iurisdicção, non tamen intelligitur adempta maiori, & generali iudici cumulatim plura Felyn. in cap. Pastoralis num. 1. de officio ordinarij facit etiam text. in l. 1. Cod. de officio Præfeti Vrbs, ubi dicitur quod licet specialis officialis constitutur super Annona, non propterea auferetur iurisdicção, quam alius superior super dicta Annona obtinebat, Romanus plura adducit consil. 393. præfens consultatio ex numero secundum cum sequentibus. Sicut etiam per potestatem datam ab Episcopo suo Vicario, non abdicatur eadem potestas ab Episcopo, sed tanta, & maior apud illum remanet, & ideo concessa facultate conferendi ab Episcopo suo Vicario, poterit nihilominus idem conferre, & potestatem conferendi